

1 [28] 1 Tertium est genus eorum,

2 qui uri appellantur.

3 Hi sunt magnitudine paulo infra elephantos,

4 specie et colore et figura tauri.

5 2 Magna vis eorum est et magna velocitas,

6 neque homini neque ferae

7 quam conspexerunt

8 parcunt.

9 [Hos studiose foveis captos] interficiunt.

10 3 Hoc se labore durante adulescentes atque hoc genere

11 venationis exercent,

12 et (ii)

13 qui plurimos ex his interfecerunt,

14 [relatis in publicum cornibus],

15 quae sint testimonio,

16 magnam ferunt laudem.

17

18 4 (Sed) *adsuescere* ad homines et *mansuefieri* ne parvuli quidem  
19 excepti possunt.

20

21 5 Amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum  
22 boum cornibus differt.

23 6 [Haec studiose conquisita] ab labris argento circumcludunt  
24 atque in amplissimis epulis pro oculis utuntur.